



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

Sect. I. An poßit homo aliquid à Deo mereri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

CAPUT V.

De altero gratiae effectu, seu de merito.

SECTIO I.

An posset homo aliquid à Deo mereri.

Obseruandum est nos hīc non sumere nomen meriti latē, prout etiam aliquando in malam partem accipitur, vt 2. Paralip. c. 19. *Iram Domini merebaris;* sed stricte & propriè, prout significat actionem libertam honestam & bonam, quæ mercede aliquā & præmio digna est, qua in significatione dicitur Eccli. 16. *Omnis misericordia faciet locum r̄nicuique, secundūm meritum operum suorum.* Hac obseruatione supposita, pro quæstionis proposita resolutione

Dicendum hominem posse verè & propriè aliquid à Deo mereri. Est de fide contra Caluinum & eius asseclas, qui nomen meriti communiter reiiciunt tanquam diuinæ gratiæ ac misericordiæ iniuriosum, ac superbiam & præsumptionem redolens: verūm quām falso id dicant, & vt potius desidiae suæ ac socordiæ, quām vt Dei gloriæ confulant, ex ijs, quæ mox dicemus, patebit. Nōtra igitur assertionis veritas

Probatur 1. ex pluribus scripturæ locis, in quibus mention fit mercedis Deo iustis reddendæ propter bona illorum opera, vt S. Matth. 5. *Cum persecuti vos fuerint, &c. propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis:* 1. Cœr. 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundūm laborem suum.*

Probatur 2. ex Conc. Arauſ. can. 18. *Debetur merces bonis operibus, si siant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut siant:* & ex Conc. Trid. scilicet 6. cap. 16. *Bene operantibus usque in finem*

T 5

in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, & sanguinem gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam mercede ex ipsis Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda.

Probatur 3. ex SS. Patribus, qui unanimi consensu homines iustorum operibus merendi vim inesse docent; vt S. Cypr. lib. de unitate Ecclesiae post medium, *Iustitia*, inquit, opus est, ut promereri quis posset Deum; praeceptis eius ac mortuam obtemperandum est, ut acceperint merita nostra mercedem. S. Aug. epist. 105. Nullaque, inquit, sunt merita iustorum; sunt planè, quia iusti sunt; sed ut iusti fuerint, merita non fuerunt.

Obijcies 1. S. Luc. c. 17. *Cum feceritis omnia, qua praepara sunt vobis, dicite: Seruit inutiles sumus.* Resp. nos esse seruos inutiles (vt explicat S. Ambr. lib. 8. in S. Luc.) si consideremus id, quod se. sumus, prout a nobis tantum est; sed non vt est a Christo, in nobis per gratiam suam operante: vel vt explicat Beda in hunc locum, nos esse seruos inutiles respectu Dei; cum nihil illi utilitatis accedit ex operibus nostris, quamvis per eius misericordiam, & gratiam opera illa bona nobis sint valde utilia, & proficia.

Obijcies 2. ex Is. 64. *Falli sunus ut iramundui omnes nos, & quasi pannus menstruata vniuersa iustitia nostra.* Resp. Prophetam illic loqui, non in persona iustorum; sed iudicorum, qui, cum peccatis iranima sordecerent, merito dicere poterant iusticias suas, id est legis externas observationes, immundas esse, & sordidas in conspectu

Dei; cum (vt Christus dixit) quæ de corde excent, ea sint, quæ coinquiscent hominem. Ita hunc locum explicat S. Hier. commentarijs in illud Prophetæ caput.

S (o) S

SE